

28  
cip. nota quod si aliquod, las in l. si mibi et tibi, s. in legatis, n. 5. in l. ff. de legat. & Everard. in cent. legal. cap. 6. col. 2. versio hinc etiam est, ubi inquit, quod constitutum, non Bulla Apostolica tollens pactum vel statutum, vel aliter censetur tollere pactum vel statutum iuratum, vel aliam qua qualitate vallatum vel statutum iuratum vel confirmatum allegat loquentem in statuto iurato vel confirmato. Dominic. in c. 1. in princ. n. 9. de filiis presbyt. in 6. & Cagnol. in l. si quis maior, num. 176. C. de transact. Alciat. de verb. sign. l. 1. col. 5. n. 8. dicit communem Curt. conf. 98. n. 7. & sequitur Matth. de Afflic. dec. Neapol. 307. n. 19. & predicta gl. plurimos referens testatur communem additio. Bernard. Diaz. in reg. 90. ubi refert Ant. de Padilla dicentem, in Pinciano Prætorio fuisse iudicatum, & cum ea testatur esse communem & vulgarem regulam, plures referens & pluribus modis amplians & limitans Ant. Gabriel. lib. 2. commun. opin. conclus. 5. de iur. iur. pag. 117.

Et dicta gl. allegat Avend. lib. 2. c. 27. par. n. 11. col. 3. fol. 234. ad hoc, quod in dubio non videtur Rex cassare aut differre obligationes iuratas. Et tibi ex hoc inferat ad vnu notabile, quod potest contingere in Archiepiscopatu Toleti, ut voleres locare reditus Ecclesiæ, iura vel redditus Archiepiscopatus illius possint tuto accedere & ambulare intra certum tempus, quod durante non possint capi ob debita, quod solet vulgo appellari mandamentos de rentas; Nam huiusmodi privilegium, inquit ille, non extenditur ad debita iurata, & allegat Guiliel. de Bened. idem tenentem, loquentem in literis de saluo conductu. Idem etiam tenet Matth. Afflic. dec. Neap. ubi l. 5. per tot. qui n. 2. & 1. allegat d. gl. & sequitur eam plures referens, & ubi eius addit & idem Matth. de Afflic. dec. Neap. n. 3. & 1. & de saluo conductu in proposito videndus est late Felin. in cap. constitutus, n. 4. & 8. de rescript. & gl. in d. c. cum non deceat, sequitur etiam Vital. de Camban. in tract. claus. in claus. non obstantibus quibuscumque, in princ. fol. 19. col. 1. & ubi intelligit & an pias prædictam gl. etiam si dicatur, non obstantibus quibuscumque, statutis privilegiis, vel consuetudinibus Ecclesiæ contrariis, confirmacione Apostolica, & quæcumque alia firmitate roboratis, cum decreto & aliis, Nam per huiusmodi clausulam non tollitur constitutio iurata.

167  
Ex quo subinfert ibi ipse, quod per generales non obstantias appositas in collatione beneficii, quod est de iure patronatus laicorum facta alicui, nunquam intelligitur derogatum ordinationibus factis per laicos fundatores in fundacione beneficii, quæ ordinationes sunt per sedem Apostolicam, vel per Episcoporum confirmata, ne laici fundacionem Ecclesiarum retrahant. Quæ quidem illatio vera meo iudicio est & probatur per gl. in d. cap. cum non deceat, communiter approbatam, quam etiam gl. sequitur Cels. Hug. ubi sup. n. 21. & iterum n. 43. sequitur etiam Staphil. in tract. de grat. & expectat. 4. par. prim. in vers. post predictas, n. 8. ubi alios allegat & appellat d. gl. ordin. & ubi n. 2. sequitur illationem supradictam Vital. licet eam non referat, & est in 14. vol. tract. divers. Dd. fol. 30. & quod in dubio Papa non videatur derogare iuri patronatus laicorum, quâvis in verbis narratis dicat, beneficii esse de iure patron. sed quod requiratur expressa derogatio in corpore gratiæ, & quod procedit hoc, etiam si talia beneficia vacent in curia, latissime de iure probat cum aliis, quos refert Palat. Rub. de benef. vacant. in curia. 5. n. 1. & sequitur idem Bernar. Diaz. reg. 400. & ubi eius addit. & supradict. tenet alios allegas Rol. à Val. conf. 46. in princ. 2. ad n. 13. & n. 24. & 25. vol. 1. ubi limitat in iure patronatus laicorum ex præscriptione, consuetudine vel privilegio; quia beneficia iuris patronatus prædicti potest etiam Legatus de latere providere & conferre secunda communem; itaque super-

Dn Ioannis Gutierrez,

riora intelliguntur de iure patronatus laicorum ex fundacione, dotatione vel constitucione.

Quæ communis opinio gl. in d. cap. cum non deceat, 291 ampliat, ut procedat etiam in clausula, non obstantibus capitulis, vel pactis quibuscumque; Nam non extenditur clausula hæc ad pacta vel capitula iurata, ut pbat gl. in clem. dudum, verb. pacta, de sepul. quam sequitur alios allegans las. in l. si n. 5. C. si contra ius vel util. publ. & Felin. in d. c. constitutus, n. 3. & 4. & Vital. de Camban. ubi sup. n. 1. Cels. Hug. ubi supra, n. 23. & Staph. ubi supra, n. 8.

Procedit tertiam prædictam communis limitatio, siue iuramentum interueniat statim in ipso statuto, ut quia iuratur simpliciter statuto, siue fiat iuramentum de seruando statuto separatim ab ipso statuto, ut tradit Dominic. de S. Gemin. in d. c. cum non deceat, n. 6. ad si. in vers. ex præmissis, licet aliqui teneant dictam gl. procedere tantum, quoties iuramentum ponitur separatim ab ipso statuto, secus vero esse, quando simpliciter est iuratum in continenti. Sed ego non video bonâ differentiæ ratione, quæ iure probari possit, unde teneo opinionem dictæ gl. indistincte, iuxta opinionem & resolutionem supradictam Dominici. Præcipue quod nec in auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vend. nec in tota eius materia, nec in c. quævis pactum, de pact. in 6. nec in aliis vtriusque locis & capitibus, ubi de valore & robore iuramenti tractatur. Ego non inuenio hanc differentiã, quam aliqui in nostro proposito volebant constituere, imo vtroque casu eadem vis iuramento attribuitur.

Primo, hæc superior communis opinio dictæ gl. 170 limitatur, quando statuta iurata tolluntur per viã legis siue iuris, quia tunc sufficit clausula, non obstantibus, etiam si de iuramento non fiat mentio, ut videtur probari in c. 1. de constit. in 6. ubi ad tollenda statuta requiritur, quod de illis fiat mentio in iure, & non exigit mentionem modorum, per quos statuta validantur: & ita hanc opinionem tenet Dominic. in d. c. cum non deceat, ad si. n. 6. & sequitur las. in d. l. si n. 5. & Felin. in d. c. constitutus, n. 5. ubi limitat, quâdo iuramentum fuit appositum separatim, quia tunc requiritur expressa mentio etiam in iure, secundum eum, qui allegat Dominic. dicentem omnes ita tenere.

Secundo, limitatur prædicta comunis opinio, ut procedat, quâdo Papa scribit ad petitionem alterius in literis Apostolicis, secus si scribat motu proprio, cû clausula non obstante, & c. Ratio differentia est, quia primo casu habetur respectus ad impetrantem, & ipsius ambitionem, & ad finem, ad quæ ponitur clausula, non obstante, eam restringendo, nõ ampliando, ut in c. si motu proprio, & c. seq. de preben. in 6. sed in secundo casu nõ habetur respectus ad prædicta, sed ad scribentem seu conferentem, qui nõ arctatur legibus, ideo sufficit qualitercunque sciatur eius intentio, quæ satis patet, quando motu proprio scribit per generalem clausulam, nõ obstante. Hęc est doctrina Dominici in c. 1. n. 10. de sil. presb. in 6. sequitur Rebuff. in concord. pragmat. san. in tit. de form. mand. Apost. in gl. motu proprio, in 23. effect. fol. 579. in paruis: licet Dominici, ubi supra non loquatur in nostro proposito. Et tibi supradicta intelligit, quod tunc prædicta clausula tollat inhabilitates impetrantis, quæ surgunt ex statuto Ecclesiæ, non autem illas, quæ à iure communi surgent. Sed ad nostrum propositum pro limitatione dictæ comunis opinionis allegat illam doctrinam Dominici. las. in d. l. si n. 5. C. si contra ius vel util. publ. quæ limitatio videtur confirmari ex præcedenti limitatione, & eam tenet etiam & sequitur Felin. in d. c. constitutus, n. 7. & 8. ubi late examinat, & defendit a quibusdã difficultatibus, & modificat hanc limit. vno modo.

Secundo, principaliter comunis opinio superius dicta quæ habet, Sufficere, si Princeps dicat generaliter, nõ obstante

obstante lege aliqua, ad hoc, ut derogatio legis inducatur: Limitatur non procedere in constitutionibus Conciliorum: Nam, ut illis derogetur, oportet (ut ita dixerim) specialissimam de ipsis mentionem facere, quæ fuit singularis sententia Archid. in c. 1. de constit. lib. 6. quam ibi alios allegans sequitur Gomez n. 178. Bald. in l. humanum, in 3. notab. C. de legib. & inquit Felin. in c. nonnulli, nu. 3. de rescript. quod Archid. in hoc videtur sequi totus mundus, cuius opinionem tenet etiam Dec. n. 2. Rip. 8. in cap. 1. de iudic. Felin. in cap. 1. n. 28. de constit. Everard. in topic. legalib. in præfat. col. 2. sequitur etiam Vital. de Camban. in tract. claus. in clausula generali, non obstantibus, la. n. 2. fol. 20. sequitur etiam Alciat. lib. 1. de verborum significationib. n. 7. per text. in d. c. nonnulli.

174  
Tertio, principaliter supradicta communis opinio limitatur, ut non procedat in privilegijs redactis siue clausis in corpore iuris: Nam illis non censetur derogatum per generalem clausulam nõ obstantibus, & c. ut tenet gl. expressa in auth. qua in provincia, verbo, illic omni privilegio, in vers. dic ergo, ubi, sed non indulta per legem redactam in corpore iuris, C. ubi de crimin. agi oportet, & est simile gl. in l. 2. §. legatis, verb. non compelluntur, ubi, solutio, ff. de iudic. ubi etiam notat Bart. n. 5. referens ad bonam questionem, dicit communem ibi Curt. n. 14. gl. etiam in l. heres absens, in princ. gl. fin. ff. eod. ubi etiam Bart. nu. 5. dicit notabilem & menti tenendam inferens ad aliam questionem, sequitur etiam Bart. in d. authen. qua in provincia, nu. 1. & dicit approbatam Ioan. Orosc. in l. sed & posteriores, nu. 3. de legib. testatur communem plures referens insignis præceptor meus D. Ant. de Padil. in l. post mortem, nu. 30. C. de fidei. commiss. sequitur etiam Vital. de Camban. ubi supra, in d. claus. generali, non obstantibus, la. n. num. 10. & Alciat. ubi supra.

175  
Quarto, principaliter supradicta communis opinio potest limitari in privilegio concesso per Principem, quod transit in vim contractus, ut puta pretio mediante, vel ob seruitia, & sic quando privilegium est remuneratorium, vel alias sunt concessa privilegia ad pias causas, quia tunc per generalem clausulam, non obstantibus, & c. non censetur huiusmodi privilegij supradictis derogatum, imo eis sine iusta causa Princeps derogare non potest, ut de privilegio, quod transit in vim contractus pretio mediante vel ob seruitia, tradit bene Matth. de Afflic. decif. Neapol. 128. nu. 10. & ubi eius addit. & de privilegio pecuniario, & de illo, quod indulgetur ad pias causas, & sic ad alimenta, tradit etiam Vital. de Camban. ubi supra, in claus. generali, non obstantibus, la. 2. per totam, fol. 21. col. 1. & de privilegio ad pias causas, tradit etiam loquens in dote las. in l. n. 9. ff. solut. matrim. & idem las. in l. talis scriptura, ff. de legat. 1. & est bonus textus in l. libertis, §. posuimus, ff. de alum. legat. & supradicta tenet etiam Alciat. lib. de verborum significat. nu. 88. & videndus est Rol. à Valle conf. 23. n. 30. lib. 1. Celsus conf. 6. n. 2. & sequentibus.

176  
Ext qua vltima limitatione ipse infero ad practicã vnum singulare, scilicet, quod si Rex vel Princeps reuocet omnia privilegia, gratias & concessiones factas de officijs rectoriæ vel tabellionatus, vult go dictis de regimientis, & seruitianis, etiam cum clausula, nõ obstantibus, & c. per huiusmodi reuocationem & clausulam non censetur derogatum his privilegijs & gratijs supradictorum officiorum, quæ interueniente aliquo pretio, vel ob seruitia concessa sunt, quia privilegia illa transferunt in contractum, & quod pretio, vel ob seruitia concessa sint, probabitur ex titulo & concessione officij, ubi hoc solet apponi & declarari. Imot hæc officia Rex tollere nõ possit abiq; iusta causa, ut tradunt Vital. & Matth. de Afflic. ubi supra, & addit.

reg. 109. Bernard. Diaz. in 6. ampliat. Et probatur præterea ex gl. communiter approbata, & quæ super ea supra late diximus, in l. si contra ius vel util. publ. & reuocatio officiorum, & privilegiorum Principis vel Regis supradicta solum referenda est ad ea privilegia, quæ gratis concessa fuere, & in nomine privilegij tantum permanere, ut probatur ex omnibus supradictis: non vero ad ea, quæ in vim contractus transiere, vel ad pias causas, ut est dictum, ex quo iam clare patet & infertur intellectus ad l. 7. tit. 1. lib. 7. ordinan. hodie l. 15. tit. 3. lib. 7. Nova Compil. Reg. ubi reuocatur officia de nouo creata arque creata per Regem Henricum, cum vacauerint & annullantur prouisiones eorum factæ, & faciendæ etiam proprio motu, & ex certa scientia cum quibuscumque clausulis derogatorijs, & non obstant. Nam debet intelligi & limitari per supradicta, scilicet, in officijs, quæ interueniente aliquo pretio, vel ob seruitia concessa sunt, quia similia privilegia transferunt in contractum, nisi expresse aliqua lege Regia illa quoque inueniantur reuocata ex iusta causa, ut in casu l. 17. ad tit. 3. lib. 7. Nova Compil. Reg.

178  
Quinto, principaliter supradicta communis opinio in regulis Cancellariæ Apostolicæ, nam illis non censetur derogatum per generalem clausulam Bullarum, non obstantibus, & c. quia postquam non sunt in corpore iuris clausæ, possent ignorari, ut in c. 1. de constit. in 6. ideo oportet de eis expressam mentionem fieri: Ita alios allegans tenet Rebuff. in praxi benef. de forma & declaratione noua prouisionis, in claus. non obstantibus, 223. in magnis, quæ opinio licet vera esse possit, ejus tamen ratio mihi non placet: Nam eo, quod dictæ regulæ Cancellariæ non sunt clausæ in corpore iuris, videbatur dicendum, eis censi derogatum per generalem clausulam, non obstantibus, & c. quia si essent clausæ in corpore iuris, requireretur specialis mentio ad eas derogandas, ut supra dictum est.

Sexto, communis opinio supradicta limitatur in privilegijs concessis miserabilibus personis: Nam illa non reuocantur per clausulam, non obstantibus, nisi de illis expressa fiat mentio, ut cum Cyn. & alii tenent. Rebuff. 1. tom. comment. ad leges Regias, tit. de sententijs professionalib. artic. 3. gl. vlt. n. 34. pag. 299.

Quartum Notabile.

179  
Quarto, principaliter colligitur ex nostro textu valere argumentum in iure de loco ad tempus: Nam hæc duo in litera nostri text. æquiparantur: id probant iura ordinaria in l. vinum, ff. si cert. per. l. si ff. de triticar. l. dario, §. si per venditorem, ff. de ad. empt. quo argumento vtitur Bart. in l. qui plures, in princ. ff. de vulg. & pupill. idem Bart. in l. miles, in n. 1. ff. de testam. milit. Et huic argumento in enixa gl. in clem. 2. verbo, regu. larem, de censib. dicebat, quod sicut tempore prohibito ex causa necessitatis licitum est comedere carnem, ut in c. de obseruat. ieiunior. ita etiam licet & in loco prohibito.

181  
Ex t eodem argumento dicebat las. in l. vinum, n. 4. supra allegata, quod sicut propter suspicionem fugæ licet apprehendere debitorem die etiam feriato iuxta gl. ordinariam in l. si. ver. fidei iussor, C. de ferijs quam omnes sequuntur secundum las. in l. n. 15. ff. de iur. f. dict. omn. iudic. & communem testatur Curt. in d. l. vinum, n. 11. Alciat. in cap. cum non ab homine, nu. 71. de iudic. Catell. Cor. in memorabilib. sur. in part. debitor, col. 2. & est communis opinio secundum Couar. lib. 2. var. cap. 10. nu. 14. quam gl. dicit esse reputatam singularem las. in l. plerique, nu. 2. ff. de in ius vocand. & hanc gl. recepit consuetudo, ut ex Albert. refert idem las. in l. fidei iussor, §. filius, ff. qui satisf. cogant.



Quaeritur quod procedit etiam tempore induciarum secundum Bald. in rubr. de fid. trena & pace, n. 5. Et etiam in feriis solemnissimis secundum Bald. in c. si n. 1. ex tra de feriis, seq. l. as. in d. l. plerique, n. 26. Ita etiam inquit Ias. licebit apprehendere debitorem suspectum loco prohibito, & inquit, quod non esset ponere os in caelum, tenere hanc opinionem, idem tenet idem Ias. in d. l. plerique, n. 26. quam opinionem sequitur Zas. ibi col. 2. & Euerard. in cent. legal. c. 88. col. fin. in eandem inclinatur, maxime stante statuto vel consuetudine id praecipiente, Rebuff. in z. tom. comment. ad Gallie. constit. tit. de immunit. Eccles. art. 1. gl. 2. pag. 138.

Sed contrariam opinionem tenent in d. l. vintu, Dec. n. 7. Purpur. nu. 10. Curt. n. 11. & Alciat. vers. quo tempore, pag. 2. ubi dicit, omnes recentiores tenere contra Ias. Ripa in c. 1. n. 3. de iudic. n. 4. ampliat. dicit communem Couar. lib. 2. var. c. 20. n. 14. & Io. Crot. in praesenti, n. 14. Socin. in d. l. plerique, n. 61. dicit etiam communem Ant. Gom. in l. 79. Taur. nu. 5. & tenet Greg. Lop. in l. 2. tit. 11. part. 1. Sed et Couar. & Ant. Gom. ubi supra referunt quandam pragmaticam Regiam pen. in ord. in vol. pragmat. quae jubet, posse extrahi debitorem fugitivum de Ecclesia, factis quibusdam diligentibus (hoc est) sive iustoriis datis iudici Ecclesiastico de indennitate poenae corporalis, & ita tenent ipsi. Sed audio hodie pragmaticam illam vsu receptam non esse propter inobedientiam iudicum Ecclesiasticorum, videoque quotidie plures Ecclesias plenas esse debitoribus fugitiuis, & iudices seculares eos non extrahere ab Ecclesiis, neque partes [hoc est] creditores id petunt, cum sciant, videlicet non praedicari dictam pragmaticam, licet iuxta l. 1. Taur. pragmaticae Regiae debeatur observari, tamen si consuetudo allegerit in contrarium, tamen cum observatio illius pragmaticae dependeat a voluntate iudicum Ecclesiasticorum, & hi velint immunitatem Ecclesiarum servari, neque ligentur lege civili, ut puta, quia contra libertatem Ecclesiasticam, ac proinde non sit servanda, ut in toto tit. de immunit. Eccles. & in auth. cassa & irrita, C. de sacros. Eccles. cum similit. non solum nec permittitur villo modo hos debitores fugitivos de Ecclesia extrahi, nec iudices seculares de facto extrahendo, ne incidant in poenam excommunicationis a iudice Ecclesiastico proferendam. Sed Ant. Gom. z. tom. c. 11. n. 55. inquit, de iure Regio esse tenendum contra communem opin. in praedictam, non per praedictam pragmaticam, sed quia debitor iuxta alias pragmaticas Regias tenetur servire suo creditori in recompensam debiti. Sed hoc etiam non obstat secundum Couar. ubi supra. qui est videndus: Nam cum Boerio, quem refert, exultimat, quodam casu procedere opinionem Ias. contra communem opin. apud Hispanos. Sed regulariter ipse tenet praedictam communem opinionem, & eam praedicat, non obstantibus dictis Regijs pragmaticis. Post haec scripta renouata & approbata est dicta pragmatica Regia per nostrum Regem Philippum inuictissimum, & posita pro l. in l. si. tit. 2. lib. 1. Nova Recop. Reg. ideo servanda in suo casu, nempe in debitoribus vulgo dictis Alcados, hoc est, in illis, qui cum bonis suis fugiunt ad Ecclesias, bonaque praedicta. in-troducunt in Ecclesiam, eaque secum habent: secus vero in alijs debitoribus, qui absque bonis fugiunt & retrahunt se ad Ecclesias: Nam in illis prioribus tantum videtur lex Regia loqui, ut praesupponitur in eodem, ubi, o otro se que los bienes, & in vers. E mandamos assi mismo que saque de las dichas yglesias los bienes: & iterum ibi, que dexen y permitan sacar los tales bienes, y mercaderias: & ibi, y sus bienes: & praeterea expresse probatur in sum. illius legis, quod ita se habet: Lex 13. en que manera los deudores por las causas civiles que se retraen a la yglesia con sus bienes, pueden ser sacados, y no gozan de la inmunidad de la yglesia: & ita

rum in remissione posita ad si. tit. 19. lib. 5. eiusdem Regiae Regum in remissione posita ad si. tit. 19. lib. 5. ubi in ceteris debitoribus, qui tantum personas suas inducunt in Ecclesias, non vero bona, servandum est jus commune, nempe dicta communis opin. ut gaudeant immunitate Ecclesiarum, & ab eis extrahi minime possunt, cum lex ista sit correctoria & adversus immunitatem Ecclesiarum, & sic non semel practicum accepi in Regali Cancellaria Vallisoleti, ubi fuit in effectu declaratum, hos ultimos debitores gaudere praedicta immunitate, & recte procedere iudicem Ecclesiasticum contra secularem, qui illos extraxit, donec eos restituat ad Ecclesiam, unde extracti fuerunt: Nam fuit causa remissa ad praedictum iudicem Ecclesiarum, declaratumque vim minime facere in non deferendo appellationem iudici seculari, & quamvis iterum in alia causa contrarium fuerit decretum, nihilominus, quod praediximus, est tenendum, ut late deduximus in 1. quast. lib. 1. pract. quast.

Imo neque in portico Ecclesie potest capi debitor, ut probatur in l. 2. tit. 11. part. 1. Imo publicus tributorum debitor non potest extrahi de Ecclesia, (secundum Cyn. in l. si. C. de his, qui ad Eccles. confug. & Couar. ubi supra, alios referentem. Non obstat text. in athen. de mandat. Princip. S. publicorum, quoniam non potest ille text. libertatem Ecclesiasticam infringere. Sed hodie hoc etiam videtur cessare per d. l. si. tit. 2. lib. 1. Nova Recop. Regiae, quae debet intelligi modo supra dicto.

Ex eodem argumento nostri text. determinat Barr. in l. actus, C. de feriis, quod sicut lex ibi permittit debentur celebrare actus ad voluntariam iurisdictionem pertinentes, ita etiam iidem actus poterunt celebrari in loco religioso, non obstante prohibitione text. in c. decet, de immunit. Eccles. lib. 6. quare videtur, quod & tutoris datio, si inquisitione non egeat, possit in Ecclesia celebrari: quod nominatim notavit Ias. alios allegans in l. 1. §. sed excipiendum n. 6. ff. de feriis, cum hoc casu ex voluntaria iurisdictione explicari id videatur.

Quintum Notabile.

Quinto loco colligo ex litera nostri text. quod testator non potest facere, ne obligationes darentur tanto tempore, quantum illis a iure praescriptum est, cum tempore tolli non possint. L. obligationum foro, §. placet, ff. de act. & oblig. ubi ita scribitur: Placet autem ad tempus obligatione constitui non posse, non magis quam legatum. Nam quod alicui deberi capit, certis modis deberi desinit.

Cujus text. argumento dicebat gl. in l. cum notissimi, §. 1. verb. prorogari, C. de praescript. 30. vel 40. an. quod in praescriptione obligationum, ipsae obligationes non tolluntur ipso iure, id est quoque; voluit gl. in l. sicut verb. facultate, C. eod. ubi Saly. col. 2. in 6. oppos. testator, hanc esse communem opin. & idem quoque voluit gl. in l. in omnibus, ff. de act. & oblig. quam opinionem tenent multi allegati per Tiraq. de retract. convent. §. 1. gl. 2. nu. 39. ubi dicit communem cum Saly. ubi supra.

Et quemadmodum tempus obligationum non tollitur, neque inducit, l. creditor C. de usur. l. si certis annis, C. de pact. l. operis ff. de oper. lib. l. quod de bonis, §. non id circò, ff. ad l. Falco. Cum ergo in nostro text. dicatur huic iuris regulae derogari non posse per testatorem, nihil mirum, si neque contrahentes possint temporalem obligationem servitutis, vel constitutionem efficere, l. servitutes ipso quidem iure, ff. de servit. tit. general.

Verum quae sit nostri text. ratio in hac parte, inquirere oportet, cui inniti possit haec iuris constitutio, quam quidem videtur sensisse ipse Consultus in d. §. placet, ubi: nam quod alicui deberi capit, certis causis deberi desinit, Cujus sensus hic est, quod cum sint in iure nostro certi

certi modi constituti ad tellendam obligationem, tempus inter eos non computatur: quod constat manifestissime ex tex. in princ. & per totum Insit. quib. modis tollitur obligatio. Ergo tempus non est modus tollendae neque inducendae obligationis, quae quidem ratio magis videtur dicti declaratio, quam ratio. Nam cum tex. in princ. dixisset, quod tempus non est modus, & c. subdit, quod tempus non computatur inter res, quae obligationem tollunt, vel inducunt. Nos vero de hoc ipso quaerimus, quae ratio, quare tempus inter huiusmodi res non computetur.

Bart. in praesenti col. 3. nu. 16. vers. Venio ad secundam partem, & idem in d. l. servitutes, n. 4. ut vidit illam Consulti rationem non satis sibi facere, aliam ipse subiungit, dicens, quod character, si materialiter sumatur & in aliquo corpore humano imprimatur, ille character neque ex tempore, neque ad tempus constitui potest, etiam ex voluntate imprimetis ipsum characterem, neque etiam loco, vel conditionis euentu finiiri poterit: hoc enim esset contra naturam ipsius characteris impressi: ita etiam obligatio, quae sicut character in corpore, ita ipsa in animo ipsius, qui se obligavit, inheret ad tempus, vel ex tempore constitui non potest.

Et sicut etiam ius, quod sicutas appellamus, inheret ossibus, ut ab eis separari non possit, Bal. in c. Ecclesia Sancta Maria, in fine, de constit. & ratio haec Bar. communis est secundum Ias. hic, n. 17. in l. l. quae eodem morbo laborat, quo laborare diximus rationem ipsam Consulti: Videtur enim exemplum quoddam, aptissimum illud quidem ad significandam perpetuitatem obligationis: verum adhuc in ratione difficultatis proponitur non omnino satisfacit, neque enim nos negamus, quae de characteribus Bar. philosophatur, sed illum ipsum quaerimus, cur obligatio adhaereat ossibus nostris, sic ut neque tempore tolli possit. Cui dubitationi Bartolus non satisfacit, magis enim ponit exemplum, quam rationem, neque enim de hoc dubitamus, cur character semel impressus neque ex tempore, neque ad tempus etiam ex characterem ipsum imprimetis voluntate constitui possit: dubitamus tamen, cur obligatio in hoc characteri similis videatur, ut neque tempore tolli, nec constitui possit, unde incidimus in laqueum priorem, ut eandem rationem cum dicto Bar. videatur reddere, contra legem qui interrogatus, ff. de pet. tit. hered.

Aliam propositam difficultati rationem accommodat Bal. in l. si col. si. n. 4. vers. amplius consideranda, C. de legat. dicens, quod obligatio personalis est, sicut anima nostra rationalis, quae prorsus consumi non potest, quia immortalis est, aliquando tamen laeditur vel vulneratur, ut in homine aegrotante in membris officialibus anime, sicut apparet in homine vehementer percusso in cerebro, cuius anima nihil tunc intelligit, cum vehementis morbus mentis virtutem infringat, l. in adversa, ff. de testamentis, eodem modo inquit Bald. obligatio consumi non potest, quamvis laedi possit sicut anima, puta tempore praescriptionis, unde obligatio, sicut anima tolli non potest. Quae Bald. ratio eodem morbo laborat, quo superior, nam non tamen ratio esse videtur, quam exemplum. Praeterea si obligatio assimilatur animae, quae profecto indecens & ridicula assimilatio est, cum illa tribus potentibus constare videatur, intellectus, memoria, voluntate, secundum Aristotelem lib. de anima secundo, tex. 27. nulli parti videtur magis convenire quam voluntati: quis tamen est qui neget voluntatem ad tempus, & ex tempore constitui posse, voluntas pro cuiuscunque arbitrio mutari ac variari possit?

Quare verissima videtur pro huius difficultatis diffinitione, ratio illam, quam satis significat, & si fa-

tis non explicuerit Bald. in l. unicus, col. 4. n. 7. vers. praeterea, C. quando non pet. p. quando ideo tempus non est modus tollendae obligationis, vel inducendae, quoniam obligationes sunt quidam effectus, l. consil. §. si ff. de curat. furios. effectus autem semper causas praesupponit, l. manumissiones, ff. de iustitia & iure, tempus autem non est causa, ex qua possit oriri obligatio, vel tolli, sed comes potius quidam est, quia res humanae tempore non efficiuntur, sed temporis concomitantia.

Adde praedictae rationi, quod dicit idem Bald. in l. Amil. Larginianus, in 2. lect. num. 12. per tex. ibi, ff. de minor. quod tempus non ponitur inter causas, sed inter media extremorum, quasi aperius dicat Bald. tempus non est causa actus alicuius humani, sed actuum ipsorum concomitantia.

Benefacit, quod eleganter scripsit idem Bald. in l. l. precibus, n. 27. C. de impub. & aliis, quod tempus non est causa effectiva, sed occasionalis, quasi dicat, Temporis effectus obligatio non resultat, sed constituitur. Facit etiam quod tenet idem Bald. in l. si cum Hermes, C. lo. 197. cat. quod tempus non ponitur inter causas, sed inter mensuras.

Supereff tamet ad huc scrupulus, imo quod non sit comes, sed potius ex qua possit oriri, vel tolli obligatio, cum per praescriptionem dominium tollatur, & obligatio obtruncetur, unde alibi dicebat Bald. in Rubr. extra de consuet. n. 5. quod tempus est de substantia praescriptionis: Cui difficultati idem Bald. satisfacit in l. si ex cautione, colum. pen. n. 1. §. C. de non numerat. pecun. dicens, quod tempus praescriptionis non tollit obligationem aut inducit, sed probat esse inductam vel sublatam.

Ex qua solutio inferri potest ad intellectum duorum iurium sibi quodammodo repugnantium, scilicet l. cum de in rem verso, ff. de usur. quae probat, quod tempus longum decennalis praestantionis inducit obligationem, ut in futurum quoque; solvantur usurae: at ex adverso l. si certis annis, C. de pact. probat, quod praestatio certorum annorum eius, quod nudo pacto convenit praestari, non inducit obligationem ad praestandum in futurum in debitum solum, nisi stipulatio intercesserit. Verum iura haec, omnia alii solutionibus, ita concilianda sunt, scilicet, quod aut quis vult probare pactum nudum, quod quidem est inefficax de per se iure communi per decennale praestantionem, & tunc tempus nihil praestat, quia non facit, neque inducit obligationem efficacem: idem esset, si pactum nudum non praecessisset, sed solum diutina praestatio, & per eam solum vellet quis probare debitum seu obligationem, & ita procedunt tex. in l. creditor, C. de usur. & in l. operis, C. de oper. lib. Aut vero quis allegat obligationem efficacem, & sic stipulationem praecessisse, & ad probandum id adducit diuturnitatem temporis, & tunc sufficit & admittitur talis probatio, quia hoc casu tempus non inducit obligationem, sed probat esse inductam, & ita procedit tex. in dict. leg. cum de in rem verso, ff. de usur. & hic est verus intellectus & concordia ad illa iura: Quae quidem conciliatio colligitur ex dicta doctrina Bald. in dict. leg. si ex cautione. Sed tenuit in effectu ante eum in terminis glossa in dict. l. cum de in rem verso glossa magna, ibi, Tu autem breviter, ad quam glossam se remittit gloss. in dicta leg. si certis annis, & ibi Bart. in vtraque lectura eandem opinionem sequitur, & hunc intellectum testatur communem ibi in dict. l. si certis annis, Alexan. nu. 7. l. as. 6. Decius 32. Curtius Junior 18. & Rinin. ibi, prope finem penultima columna, testatur hunc esse communem intellectum: & Curtius Senior ibi, repetitione, numer. 14. & Ludovicus Gozad. num. 6. dicunt etiam esse communem. Hunc etiam dicit esse communem Bernard.